

IN ATHEOS

VOTVM.



QVIS Tenario vecors prognatus
in antro

Numinis aeterni nulla formidine pul-
sus.

Audeat ore nefas tantum ructare furenti
Omnia qua superi voluuntur cardine caeli,
Quaeque sinu Cybeles late spatiantur aprico,
Quae sub & equorei clauduntur carcere ponti
Non nisi fatidica naturae sorte cieri?
Horreat ipse Getes, Sarmas, Cimbèrque cruentus,
Horreat hoc Scythica pendens à rupe Prometheus,
Orbis & alterius (nulla sub lege) colonus.
Quis rutili stellata poli delabra serenis
Aspiciens oculis cum Cynthis tempora circum
Purpureos spargens radios, tenebrisque reuulsis
Exerit ardentis arx caeli lucida redas,
Vt Phaëtonte suas iterum subeunte quadrigas
Exinctae pereant, rursum mox luce coruscã
Victurae, liquidis ubi sol se tinxerit undis?
Haec amen esse neget diuini symbola lychni?
Lux cedit tenebris, & fucum noctis opacet
Discutit Eoium linguens aurora cubile,
Omnia sed vicibus decurrunt tempora certis.

Quis geminum iubar etherei sublimè pererrans
Gressibus hand aequis cernens connectere dextras,
Dum caeli facies pullo velatur amictu,
Orbique luce gemit tellus viduata per horam
Abnuat, hasque faces aeterno sole foueri?

Ecquis & in gracili plumarum tegmine, vocis
Audiat argute residens quas fronde virenti
Flexibus innumeris promit Philomela querelas,
Aligerosque choros findentes aëra pennis
Mille per anfractus diducere fauce susurros,
Quos non ipsa chelys fidibus compacta canoris
Fingeret, ic̄ta licet tenero sit pollice Phœbi.
Dicat & horrendo nimium temerarius ausu.
Quod Dea non stabili mundi moderetur habenas?
Fulgura que vapido toties vibrantur ab axe,
Horrissonoque crient mortalia corda tumultu
Nunquid adesse Deū memorant, vim scilicet illam,

Quae cælum, terramque regit ratione perenni?
Agmina squammigeræ pecudis fluitantia pinvis
Cum molles referunt per spuma marmora lusus,
Et tot dissimili nascentia semina, lege,
Degerere cuncta canunt mundi rectore sub uno.

Sed cur Mosæ paras diuini numinis hostes
Debellare feros? noſter MERSENNVS opimas
Illorum exuniis sacrae mox inferet arci.
Armotum omne genus, non quæ Vulcania fingit
Incus, ut in populos insitet Bellona rebelles,
Sed quæ cussa nitent diuinae Palladis arte,
Suppetit, ut fontes ferale sorte trucidet.
Spicula mille vomit, promunt quæ stellifer Atlas,
Arte senexque potens mundi subducere molem,
Euulsaque loco natali impellere caelo.

Sed & MERSENNI valida ratione subactus
Pergit adhuc demens supremi nescius entis
Insultare polo, diuinumque excludere numen,
Aggere flammatarum congesto turgidus aër
Visceribus medijs rumpatur, & impia casu
Turba ruat celeri Stygio damnanda sub orco.
Turbinis & præco crocians ex ilice coruus,
Harpyiaque truces rostris, ac vague tenaci
Vallatæ miseros lacerent in frustra rescitos.

Si quando placidis expandant carbasa ventis,
Committantque ratem pelago, mox nimberfer Eurus,
Et gelida spirans Boreas hirsutus ab arcto
Excitet è Thetidis gremio genus omne ferarum,
Informeque Orcas, vulpes, fuluosque dracones,
Et quot habent syluæ frondes, quot litus arenas,
Aëre tumens Nereus, tot monstravagantia ponto
Armet in interitum tam diræ gentis, & esca
Corpora sint miserum Scyllæ lanianda rapaci.
Colla humeris anulsa, manus, truncique lacerati
Non nisi flante Deo referant perisse sub undis.

Quicquid & immensi vegetat sub fornice caeli,
Cocytii in sobolem flammis insurgat, & armis;
Vt quæ diua negat cunctorum liba satori
Pendere, det cunctis penas miseranda creatis.

P. IACOBVS BREMANTIVS Minimus.

ANAPÆSTICVM.

Gens Tartareis edita tenebris,
Quam Styx atro mixta colubro,
Genuit rigidi femine ferri:
Cui tensa traci sanguine nutrit
Vbera Tygris potanda dedit:
Cui sanguineus fera Busiris
Corda fatigat: cui truculentum

Caucasus horrens pectus roborat,
Cuius rictibus oris aprugni
Aconita fluunt, efflat terram
Lingua Mephitim, Superumque ducem
Violat, veluti terret inanes
Cerberus umbras, (qui baubatu
Regna trifauci tristitia seruat.)